

C V D

A T G G

1 3 7 2

100
100

9. 4. 61

6
w

Theologie

E. VII 441.

SENTENTI-

OSI ET ELEGANTES A,

LIQVOT VERSVS RITHMATICI,

ex diuersis ueterum patrum meditationibus col-

lecti, de usu, fructu, historia, & myste-

rijs passionis & meriti Domini no-

stri IESV Christi.

PER HERMANNVM HAMEL

mannum Licentiatum.

ADIECTAE SVNT ALI,

QVOT PIAE PRECATIONES VEL

Meditationes, de eadem passione, uulneribus &

Cruce Domini nostri IHESV

CHRISTI.

AB EODEM EX DIVERSIS RO-

sarijs & Oratorijs libellis excerpta & conscri-

pta, una cum aliquot sententijs patrum, de

usu passionis Christi.

Nobili ornatissimo consulessumo
& eximio viro suo Henrico a
HENRICOPOLI

M. D. LXXI.

Libro consiliorum prioris Illust.
Ab. Duns D. e. 2. d. d. Julij

SEPTENTRIONEM

OSI ET ELBOGANTES A

LIVOT VERTVS RITIMATICI

EX ANTO: NECTUM PACTUM PACTATIONIBUS

HELI: NECTUM PACTUM PACTATIONIBUS

HELI: NECTUM PACTUM PACTATIONIBUS

HELI: NECTUM PACTUM PACTATIONIBUS

PER HERMANNYM HAMER

PER HERMANNYM HAMER

PER HERMANNYM HAMER

ADLECTAE SVNT ALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI

OVOT NIBS BALI: NIBS BALI



GENEROSISSIMO, MAGNANIMO, ET VERE ILLUSTRIS
Herói, vera pietate & eximijis Principe
viro dignis virtutibus Inclyto & celeberrimo Comiti ac Domino, D. ERICO
Comiti in HOYA, Broichausen ac Ritberk, Domino in Esen atq; V Vitmunde &c. suo Domino clementissimo, &
ministerorum Christi studiosorumq;
Mecœnati perpetuo in
CHRISTO.

S. D.



Inclyte, Illustris & Magnanime Heros, Domine Clementissime, hunc aliquandiu habui morem vt quotannis aliquid vtiliter ad piam passionis Domini nostri IESV Christi declarationem colligam: ita præterito tempore qualescunq; conciones Lemgouia de passione Dominica per aliquot annos congeffi ex multorum scripturæ interpretum commentarijs, & meis rudibus cogitationibus, eaq; apud me latentes adhuc premuntur: Biennium quoq; est

A 2

elapsum,

elapsum, quando in ingressu Ministerij
apud Gandershemios, sanctorum Eccle-
siae Patrum tam recentium quam veter-
rum sententiosa quaedam dicta & perspi-
cua de eadem passione Christi, eiusque
mysterijs & fructu (vbi etiam verba
textus iuxta seriem vtiliter explicantur)
testimonia in ordinem redegei, & in lucē
edidi: Superiori vero anno pias Iorda-
ni Monachi preces de singulis Christi
cruciatibus, paululum correctas, de vo-
luntate praestantissimi, clariss. & multis
dotibus splendidi Iureconsulti Licentia-
ti D. Francisci Mutzeltini Cancellarij
Hildesiani, patroni nostri, (qui similiter
testimonia Patrum ante biennium aedita
de eadem materia vehementer proba-
uit) praelo commisi & euulgavi: Hoc
vero anno versus & rithmos quosdam
de eadem passione Dominica a zelosis
quibusdam olim in Papatu viuentibus
hominibus profectos, & praedicto Can-
cellario Mutzeltino alijsque viris pijs &
doctis probatos, (quos ex manu scriptis
codicibus diligenter descripseram) nunc
quorum publicare, & V. Celsit. reuerenter
inscribere volui, adiectis de eadem ma-
teria

teria paucis precibus, & sententijs quorundam patrum.

Cur vero talia scripta protrudam in publicum, mirabuntur multi, & alij forsitan censebunt, superuacaneum esse, sed sunt causæ mearum lucrubrationum certæ & manifestæ, quas coram V. Cel. breuiter recitabo.

Prima causa est, vt ita perspicuum fiat, nostram doctrinam de Sola fide iustificante esse certam & veram: Nam vt Paulus ait, Non iustificamur nisi per fidem Christi, ita quoq; omnes Ecclesiæ Doctores singulorum temporum cum Prophetis & Apostolis locuti sunt, nos gratis, gratuito ex sola DEI misericordia per vnicum Christi meritum habere remissionem peccatorum, atq; iustificari, eaq; nobis beneficia Sola Fide applicari. Quid enim aliud est, Non iustificamur nisi per fidem Christi, quam Sola Fide iustificamur? veluti dicit, Non est potestas nisi a DEO, id est, a solo DEO est potestas. Sic Paulus & alij Apostoli docent nos gratis absq; operibus (non ex nobis) per fidem Christi iustificari, & in semine Abrahamæ benedicto, qui est

Christus, benedici, & in vnico nomine
IHESV Christi nos habere remissionem
peccatorum: Christus quoq; ipse ait ad
Iarum. Tu solummodo crede: imo Pro-
phetæ nos scientia Christi iustificari, &
in vibicibus eius nos sanari, atq; in vulne-
ribus Christi remissionem peccatorum
habere tradunt, vt Esaias ait, cap 53. Ita
etiam nobiscum & cum ipsis Prophetis,
Euangelistis, & Apostolis præcipui Ec-
clesiæ Doctores, tam veteres quam re-
centes vsi sunt in articulo Iustificationis
voce SOLA, docentes nos sola fide Chri-
sti coram DEO iustificari, quod aliàs a
nobis demonstratum est. Hæc doctrina
his de passione Domini dictis & scriptis
magis confirmatur & illustratur.

Secunda causa est huius æditionis, vt
expresse videamus multos patres ex
Scholasticis & recentioribus etiam, ta-
meti extra certamen conscientia aliquid
operibus & meritis suis aut aliorum ho-
minum in suis scriptis tribuere videantur,
tamen quoties sese & suum cor expan-
dant coram DEO, vel quando in confes-
sione peccatorum, vel in consideratione
& meditationibus passionis Domini, aut
suis

luis soliloquijs versentur, aut etiam in certamine conscientiae expositi coram DEO iudicentur, plane de suis operibus & meritis, & de reliquorum hominum ope desperasse, & sese soli & vnico Christi merito per fidem concredidisse, & totos dedisse, eiusque beneficio tantum innixos esse, dicendo cum Dauide, Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Item: Domine recordabor iusticiae tuae solius, &c.

Tertia causa, vt posito hoc certissimo fundamento conuincantur erroris Pontificij qui articulum iustificationis nouis glossis obscurare conantur, praesertim noui Iesuitae, qui efficaciam nominis IHSV euacuare plane meditantur.

Quarta causa est, vt pñ de certitudine nostrae verae doctrinae commonefiant, verumque passionis fructum magis magisque ex his & talibus scriptis percipiant. Haec sunt causae horum scriptorum adendorum.

Postquam vero in hac pia nostrarum Ecclesiarum doctrina (quae & Patriarcharum, Prophetarum, Euangelistarum,

A 4

Apostol

Apostolorum, Confessorum & Martyrum singulis temporibus fuit) acquieverint, & maximo zelo eam curauerint propagari V. Cel. optimus parens Heros pijsimus D. Iodocus cum fratre D. Erico patruo vestro, deinde post illos frater V. Cel. D. Albertus, celebris memoriae Comites de Hoya & Brochausen &c. & in tam sancta religione constantes ad extremum vitae spiritum perstiterint, (veluti quoque fecit V. Celsit. frater D. Fredericus nuper in Domino mortuus, Heros alioqui magnae expectationis) & similiter hodie V. Cel. cum Illustri fratre D. Otthone, &c. istorum vestigia feliciter ingressa sit, & perspicuis pietatis testimonijs atque exemplis publicis clementia, benignitate, & humanitate plenis zelum & studium suum abunde declarauerit, & adhuc quotidie declaret: merito tam celebria V. Cel. encomia apud exteros, & simul posteros celebranda esse censemus: ideo iure quodam utilium scriptorum dedicatio V. C. debetur.

Superioribus annis, cum propter rem Sacramentariam a turbulentis non solum eijcerentur pii Concionatores ex
vrbe

vrbe Brema, sed similiter celebres ac
primarij quoq; viri ex Senatu & patricijs
(quibus vera religio erat cordi) propter
imminens periculum istam urbem desere
rere cogerentur profecto vestrae vestriq;
fratris generosissimi D. Otthonis Co
mitis in Hoya & Brochausen, &c. domi
ni mei gratiosissimi, Celsitudines non
tantum praecipuos concionatores ex istis
exulibus susceperunt in auitum vestrum
Comitatum Hoyensem, & ad honestas
conditiones promouerunt, verum etiam
multos ex proceribus & ciuibus profu
gos & propter veritatem cum suis fide
libus ministris, quod Cinglianismo non
assentirentur, exulantes, hospitio sunt
dignatae, multumq; istis omnibus bene
uolentiae exhibuerunt, & inter istos fuit
praedictae urbis Consul integerrimus, ex
imius & grauisimus dominus Iohannes
ab Eschen, qui modo ciuitatis Brunsvi
censis alumnus est: imo vix est semestre
elapsum, cum diceretur propter confessi
onem verae de Coena Domini sententiae,
quoque ex eadem vrbe eiectus esse M.
Ioannes Beckerus: hunc honorandum
senem mox V. Cel. pro sua pietate, zelo

A 5

&

& clementia non tantum suscepit, sed quoque in Comitatu Hoyensi ad Superatendentis munus promovit & assumpsit.

Mihi similiter aliquando multisque alijs exemplis & fidelibus Ecclesiae ministris, ut doctis, viro M. Hermanno Hudæo, tunc exulibus & studiosis multum saepe benevolentiae ac gratiae clementer V. gratiosissima Cel. pro sua benevolentia exhibuit: ideo & mihi & alijs studiosis egomet ipse multum gratiae atque favoris de eadem V. Clementia quotidie polliceor.

Præbent autem huiusmodi evidentes veræ pietatis notæ specimen de V. Cel. sancto proposito & pio zelo, quem stimulare & augere dicitur V. Cel. Cancellarius, veneranda canicie, experientia, sapientia, integritate, & consilij grauis, & celebris vir Ioannes Hakenus, pro qua pietate multi boni ipsius integritati gratias agunt.

Et quandoque hoc ita sit, tamen quomodo per semetipsam pietati, honestis studijs, pijs Christi ministris adeoque omnis bonis dedita sit, & erga literatos clementer affecta, V. Celsi non solum ex verandorum
rum

rum virorum Dithmari Timanni (cuius pater Iohannes Timannus Amstelrodamus ex vrbe Brema tempore vestri Parentis & fratris Domini Iodoci, & Domini Alberti celebris memoriae Heroum, olim solebat quotannis vestras Ecclesias visitare, & omnia ministeria vtiliter disponere in Comitatu Hoyensi & Brochausen &c.) nuper honeste defuncti, & Christiani V Vernerii relatione ante aliquot annos intellexi, sed quoque V. Celsi virtutes non sine singulari encomio abunde apud me recitauit spectabilis & ornatissimus vir Dominus Fredericus Rufius pastor in vrbe vestra Neoburgo: & nuper apud me ad caelum usque V. Celsitudinem zelum, pietatem, clementiam, & in Deum eiusque ministros propensam voluntatem & benevolentiam, Ecclesiastes in vestra aula vir doctrina, ingenij dotibus, atque scientia eximius Magister Mento Gogreuius Lippiensis extulit, & mirifice amplificauit.

Cum igitur tanto zelo V. Cel. hactenus negotium pietatis promouerit, curamque incorruptae doctrinae & verorum Christi
minis

ministrorū in paternis & auitis ditioni-
bus habuerit: omnino larga spe fouemur
vestram similiter Cle. operam esse datu-
ram pro suæ pietatis optimo affectu, vt
in nuper susceptis, & ex dote Ill. & nobil-
liss. vestræ coniugis D. Comitissæ, &c.
obtingentibus regionibus, eandem dili-
gentiam adhibeat, vt istarum quoq; diti-
onum Ecclesiæ ab omnibus phanaticis
Anabaptistarum & Sacramentariorum
fecibus purgentur atq; pastoribus synce-
ra & incorrupta doctrina non minus q̄
pietate instructis ornentur, quo tandem
a talib. omne plane hæreticæ opinionis
contagium, si quod ex vicinis locis irre-
psisset, elui possit. Nam postq̄ istæ vestræ
regiones, videlicet Esensis & Vvitmun-
densis terminos suos ad Phrisiam exten-
dant. quæ talia alit monstra, omnino me-
tuendum erit aliquid contagi in ista V.
Cel. loca promanasse.

Interim ego, absit arrogantia dictum,
semel, vt opinor, effecti, opera tamen &
sumptibus optimi & vere nobilis viri D.
Caspari Schelen, patroni mei, ut quinta-
partitum opus contra Sacramentarios,
propediem lucem videat, in quo omnis
taliū

talium hominum conatus, argumenta & subsidia profligant, nostraq; vera de praesentia corporis & sanguinis Christi in coena sacra, doctrina solide ex scriptura & erudita antiquitate confirmatur: atq; deinde disputata Vvestphalica contra Anabaptistas, quae partim ab Hermanno Buschio ipsiusq; collegis in vrbe Monasteriensi (cui aliquoties praesules ex V. nobilissimo Genere profati praefuerunt, vt etia hodie eius vrbis Princeps est V. C. patruelis Reuerendis, & doctis, praesultrium amplissimarum ditionum Antistes D. Ioannes Comes ab Hoya &c. Heros clarissimus, & Princeps peritissimus, patriae meae Dominus) contra Bernhardum Rothmannum, & alios phanaticos, partim ab Antonio Coruino contra regem Monasteriensem illum putatium, & a me alijsq; habita sunt, mox quoq; proditura esse spero, ex quibus etiam isti miseri erronei conuinci possunt.

Et profecto vtrunq; genus hominum (loquor de Sacramentarijs & Anabaptistis) non minus q̄ Pontificij, de sua opinione dubitant: Quod vt ego alias de Sacramentarijs ex Cinglij & Oecolampadij

padij epistolis demonstraui, ita quoq; de
Sacramentariorum dubitatione perspi-
cum extat testimonium in Pædagogia
clarissimi D. D. Nicolai Selneceri, qui
refert ex recitatione D. M. Ioannis Ma-
thijs senioris, & D. M. Danielis Greferi,
soceri sui, tunc cum colloquium illud ha-
beretur, Castellis agentis. Illust. Hallsiæ
Principem Heroa incomparabilem D.
Philippum Seniore[m] Lantgrauium di-
xisse in colloquio Marpurgensi ad Oeco-
lampadium, Mi domine, iam vides Lu-
therum cum suis apertum pro se habere
scripturæ textū, te vero & Cinglium nu-
dis tantum inniti glossis, & tunc statim re-
spondisse Oecolampadium, Domine cle-
mentissime, vtinam mihi amputata fui-
sset manus dextera quando eam in initio
ad scribendum contra Lutherum in hac
sententia mouerem & applicarem chartæ.
Quæ vox ex dubitante animo profecta
est. Quod ad Anabaptistas attinet illi
propterea a baptismo infantes reijciunt,
quod de ipsorum salute si maturius mori-
antur, dubitent, & interim ipsos simpliciter
damnare non audent: Sic in vrbe
Monasteriensi olim Anabaptistæ nunc
hoc

hoc nunc illud noui proponebant, fluctuantes in sua doctrina. Et sane similiter Pontificij dubitare quemlibet de sua salute docent: imo omnes hæretici fluctuant in sua doctrina, nec quicquam certi de sua opinione in conscientia habere possunt: sed licet multarum turbarum in Ecclesijs & politicis sub ficta pietatis specie, & fucosis quibusdam argumentis dent, tamen tandem eos mala conscientia redarguit, & euentus aliud docet, vt in Arrio, Cherinto, Manere, Montano, Nestorio, & nostri seculi hominibus, Muntzero, Cinglio, Carolo studio, Rothmanno, Hoeffmeistero, Staphylo, & Latomo comperitum est, qui horrendos exitus habuere.

Sed quid ego ligna in syluam fero? Interim meam simplicem admonitionem Cel. V. clementissime Heros suscipiet gratiose, quam, si candide suscipiatur, non infrugiferam fore, præsertim in istis V. C. dominijs ad mare, & in terminos Phrixiæ existentibus, mihi persuadeo: ubi tamen mei amici & populares præstantes & extrinseci viri scientia & pietate conspiciunt, D. Iodocus V. Vetterus Cancellarius, & Iudex ibidem dictionalis Hermanus

nus

nus Pruntzeken ab istorum hominum
commertio abhorrent & alieni sunt, ve-
luti quoq; tales refutat Simon Hagemā-
nus pastor in oppido Ritbergo, &c.

Interim sine omni dubio efficiet V.
C. etiam de multorum præstantium vi-
rorum consilio, tum pro sua singulari &
innata clementia atq; pietate, vt prædi-
ctæ regiones V.C. a talium portentoso-
rum hominum opinione prophana & ab
alijs impijs dogmatis, si forte coinquina-
tæ essent, expurgari, & in sana Christi &
Saxonicarum Ecclesiarum doctrina tran-
quille per cordatos ministros retineri &
conseruari possint.

Quod V. Cel. ab æterno patre, per
Christum opto, & eandem reuerenter
oro vt hoc tenue scriptum tantisper susci-
piat gratiose donec maiora & solidiora
dederò: quod propediem, si Dominus
vitam, otium, sanitatē & tranquillitatem
concesserit, futurum spero. Valeat V.
Cel. in Christo. Data in die Purificati-
onis Mariæ. Anno 1571.

V. Cel.

obseruanter colens

Hermannus Hamel-
mannus L.

INCIPIT
PLANCTVS

QVI DICITVR ESSE

S. BERNHARDI,

correctus paululum.



Alue mundi salutare,
Salue IESV salue chare
Tuae cruci me aptare
Vellem uere, tu sis quare,
Da mihi tui copiam,
Sis facilis ad ueniam:
Imo te praesentem credo,
Ac si praesens sis, sic accedo,

O quam nudum hic te cerno,
Ecce tibi me prosterno
Me suscipe peccatorem,
Per tuum Christe amorem.

Clauos pedum, plagas duras,
Et tam grandes impressuras
Circumplector cum affectu
Tuo pauens in conspectu
Tuorum memor uulnerum
O dulcis pater pauperum:

Quicquid est in me confractum
Dissipatum & distractum

B

Dulcis

Dulcis IESV hoc totum sana,
Tu restaura, tu complana,
Tam pio medicamine
Nos lauans tuo sanguine.

Te in cruce tua quero
Pro ut queo, corde mero
Me sanabis, sicut spero,
Salua me & saluus ero,
Per tuæ passionis dona
Fac ut percipiam æterna bona.

Plagas tuas rubicundas
Et fixuras tam profundas
Cordi meo fac inscribi.
Vt infigar totus ibi
Te modis amans omnibus
Tuis gaudens uulneribus.

Coram cruce procumbentem
Tuos pedes complectentem
IESV Christe non me spernas,
Sed de tua cruce cernas
Vt latronem aspexisti
Et ei fidem infixisti.

In cruce stans directè
Dic mihi DEI fili dilectè,
Esto sanus à peccatis
Accipe uitam gratis,
Dimitto tibi omnia

Qua

Quae commisisti crimina.

*Salve IESV rex sanctorum
Spes uotiva peccatorum
In ligno tanquam reus
Pendens homo uerus DEVS
Sanctis transfixus pedibus,
Attritus membris omnibus.*

*O quam pauper & quam nudus
Quomodo es in cruce delusus
Derisorum iocus factus
Spontè tamen non coactus ?
Libera me ab aeterno opprobrio
Et à diaboli ludibrio.*

*Sanguis tuus abundanter
Fusus fuit incessanter
Totus es lotus in cruore
Stans immotus in dolore
Præcinctus uili tegmine
Dans sanguinem pro sanguine.*

*Quid sum tibi responsurus
Actu uilis, corde durus,
Mente & pectore impurus ?
Quid rependam saluatori
Qui pro me elegit mori ?
Ne dupla morte morerer
Ne morsu mortis uulnerer.*

Amor tuus IESV amor fortis

B 2

Quem

Quem non frangunt iura mortis

O quám pié me sub cura

Tua foues in pressura

Ne me raperent inferni iura.

O maiestas infinita,

O egestas contrá inaudita,

Quis non pro tanta charitate

Te IESV amaret in ueritate ?

Excita in me cor pauidum

Accende sensum languidum.

Ecce tuo pro amore

Te complector cum rubore,

Me uellem tibi coaptare

Si mihi dares te amare,

Doce me frequenter

Vt audiam te libenter.

Hoc quod perpendo non te grauet,

Sed me sanet, & mea uulnera lauet,

Sanguis ex latere fluens

Stillantis more aquæ ruens.

Inquinatum & egrotum

Mundet me & sanet per totum.

In cruce te cruentum

Contemptum & distentum

Adoro IESV pendentem

Exaudi me mea peccata desilentem

Vt te quæram, me impelle

Ad

Ad hoc imple meum uelle.

Da ut te quæram mente pura,
Ut sit hæc mea prima cura
Ut hoc non sit mihi labor
Tunc in nullis grauabor
Sed sanabor & mundabor,
Cum te fide eomplexus fuero
Hoc unum desidero.

O IESU Christe fatigatus in agone
Liberator mundi salue bone
Qui per lignum es distractus,
Et ad lignum es compactus
Expansis sanctis manibus
Da gratiam ad te flentibus.

Manus sanctæ uos auete,
Me gratia noua implete,
Vos ad ramos duriter iunctæ,
Cum crudeli ferro punctæ
Me docete rectè laborare,
Et omnia mea piè dispensare.

Ecce fluit circumquaq̃;
Manu tua de utraq̃;
Sanguis tuus copiosè
Rubicundus instar rosæ,
Magnum nostræ salutis pretium
Da IESU perennis gloriæ gaudium.
Manus clauis perforatas,

Et cruore purpuratas
Corde amplector præ amore
Sitibundo bibens ore
Sancti cruoris stillicidium
Ne me perdat hostis parricidium
 O quam largè extenderis,
Qui pro iniquis uenderis
Trahe pigros, & peccatores uoca,
Atq; nos in tuis amplexibus loca,
Paratus te quærentibus
Libera nos à criminibus.
 Ecce tibi me semper præsentio
Vulnerato & cruento,
Qui ægis, immundis & miseris
In omni dolore subuenis,
Qui præsto es te quærentibus
Adesto peccata sua deflentibus.
 Qui in cruce es extensus
Ad te trahe meos sensus:
Meum posse, meum uelle & scire
Tuæ cruci fac seruire,
Me apta tuis brachijs,
Et me munda à cunctis uitijs:
 In tam lata charitate
Trahe me in ueritate,
Per tuam crucem almam
Trahe me ad crucis palmam.

Vt patiens in spe

Expectem afflictus te.

Manus sanctæ uos complector

Et gemendo condelector:

Grates ago plagis tantis,

Pressuris duris, guttis sanctis:

Hæc omnia complector in osculis

Vt delecter tuis Christe flosculis

In cruore tuo lotum

Me commendo tibi totum,

Tuæ sanctæ manus istæ

Defendant me à malo **IESV** Christo

Extremis in periculis

Quando hostis nos premit scelestis

Salue **IESV** summe bonus

Ad parcendum semper pronus,

Membra tua macilenta

Quàm acerbè sunt distenta

In ara crucis torrida,

Tu nostra corda sana sordida.

Salue latus saluatoris

In quo latet mel dulcoris,

In quo patet uis amoris,

De quo scatet fons cruoris,

Cor mundum in nobis crea

Ablue à uitijs pectora rea.

Ecce tibi **IESV** appropinquo.

B 4

Parce

Parce IESV cum delinquo,
Verecunda quidem fronte,
Ab tandem ad me ueni spontē
Vt scruter tua uulnera
Eaꝫ; auferant nostra uerbera.
Salue mitis apertura
De qua fluit aqua pura
Mixta cum sanguine,
Munda nos ab hostis uertigine,
Porta patens & profunda
Super rosam rubicunda
Medela salutifera
Da nobis cœli gaudia.
Odoꝝ tuus super uinum
Virus pellens serpentum,
Potus tuus potus uitæ,
Qui sititis hūc uenite,
Te dulce Christi uulnus aperī
Tu perge nostris malis mederī
Plaga rubens aperire
Fac cor meum te sitire,
Sine in te me transire.
Quam uellem totus ad te introire
Pulsanti pande quæso pauperī
Nec mei obliuiscere miseri.
Ore & corde te suscipio,
Te unum IESVM cupio

Ad

*Ad te ardentem tendo
Tu me semper queso defende,
Da mihi in te solo solamen
Concede spiritus sancti spiramen
O quam dulcis sapor iste,
Qui te gustat IESV Christe
Tuo uictus à dulcore
Mori posset præ amore:
Te unum amo fortiter
Stabili mihi fidem fiducialiter.
Ut tu es positus in fessa profundè
Da mihi te amare rotundè,
Ut amore tui pretij incalescam
Et in tua pace semper requiescam,
Ne prorsus quicquam timeam
Cum diabolus fodat mihi foueam.
In hora mortis meus flatus
Intret IESV in tuum latus,
Hic exspirans ad te tendat
Tua passio & mors tunc me defendat
Ne diabolus quicquam habeat
Effice IESV, quod obijciat.
Salve salus mea DEVS
IESV dulcis amor meus
Salve pectus reuerendum
Cum timore contingendum
Amoris domicilium,*

B 5

D 1

Da nobis cœli tabernaculum.

Aue thronus Trinitatis,

Arca lacte charitatis,

Firmamentum infirmatis

Pax & pausa fatigatis,

Humilium triclinium

Omnibus miseris solatium.

Summi regis cor aucto,

Te saluto corde læto,

Te amplecti me delectat :

Et hoc meum cor affectat,

Vt tibi loqui me sineres,

Et tecum esse semper permitteres.

Quo dolore torquebaris,

Dum supra modum grauabaris,

Cum te totum exhaurires

Vt te nobis impartires,

Vt nos à morte tolleres,

Atq; patri reconciliares.

O amor filij DEI excedens sensus ?

CHRISTVS pro nobis est extensus :

O amor **CHRISTI** incomprehensus,

Pariter dolor eius immensus,

Qui passus es pro homine

Fove nos tuo semper lumine.

O mors illa quàm amara ?

Quæ sit mihi imprimis chara,

Christus

CHRISTVS crucem introiuit
In qua mundi uita uiuit
Hæc animæ adfert medicinam,
Et aufert omnem ruinam.

Per mortem, quam tulisti,
Quando pro me defecisti,
Cordis mei prauum affectum
Sane, per tuum cor dilectum
Cor nouum in me forma
Ut sit semper lex tua mihi norma.

Per medullam cordis mei
Peccatoris atq; rei
Amor tuus transferatur
Ut Spiritu sancto inuratur,
Teq; unum amplectatur,
Et in te uno solo cfferatur.

Dilatare cor **C**HRISTI, aperire
Tanquam rosa fragrans mirè
Cordi meo te coniunge
Vnge illud & tibi compunge,
Qui amo te syncerè
Te unum adiunge mihi uerè.

Ouis errans sum, quære
Miserum peccatorem & miserere
Mei, qui nescio quid agam uerè
Ut me ualeam cohibere,
Ego fuisssem in me perditus.

Nisi

Nisi per uita status esset redditus

O IESU per te inflammemur

Et á te illuminemur :

Per te peccatum deleatur

Per nos reatus defleatur

Quicquid per nos delinquitur

Id per te ex gratia dimittitur

Tua nos gratia

Doceat semper dulcia.

Ut in te uiuam, ad te clamo

Dulce cor Christi, te namq; amo

Fac cor meum inclinare

Ut se possit applicare

Deuoto tibi pectore

Tibi seruiens omni tempore.

Fac ut te solum honoret

Nostrum cor atq; adoret

Te celebret, te unum ploret,

Te laudans omni seculo

In æterno tabernaculo.

Fac CHRISTE tuo uiuam in amore

Ne obdormiam segnis in torpore

Te dignare dilatare,

Fac ad te cor meum anhelare

Ut á te uno capiar

Tuiq; amoris desiderio capiar.

Cor nostrum in te est lætum

Sine

Sine te est planè effœtum :
Hoc tibi diligenter cupit seruire
Et nobis gratiam impartire
Ne possimus lasciuire.

Fac ut nostrum in te cor habitet,
Ut os nostrum te solum prædicet,
Vita nostra te collaudet
Et omnis actio nostra te celebret,
Sit noster saluator benedictus,
Qui permansit semper inuictus.

Salue IESV reuerende
Mihî semper inquirende,
Me astantem hîc attende,
Accedentem pie CHRISTE accende
Præcordiali me gratia,
Et defende tua magnificentia

Salue IESV, cuius dulcis uultus
Pulcher est & iucundus :
Ego contrâ sum immundus,
Stultus & incultus
Pariter atq; insulsus
Munda me tuo cruore
Fac ut te prædicem pio ore.

Omnis rigor atq; uigor
Ex corpore Christi recessit, non miror,
Mors apparet in conspectu,
Totus pendet IESVS in despectu :

Sic

Sic affectus, sic despectus
Pro me sic es interfectus
Peccatore tam indigno,
Ego me totum tibi **CHRISTE** resigno:

Me redime tua passione
IESU pastor bone.
Ouem morbidam foue,
Tuo spiritu nos moue
Ciba nos tuis delitijs
Quas nobis prestas in sacrificijs

Morte mihi iam uicina
Caput tuum ad me inclina
In meis pausa brachijs,
Ut te laudem intimis precordijs
Me gaudere tuis fac in uibicibus
Sana tuis cicatricibus:

Tuæ **CHRISTE** passioni
Me semper inferto suauis,
In tuo liuore sumus sanati,
Ad te solum tendimus uulnerati
Petentes ueniam ac gratiam,
Quam tuis fidelibus dabis etiam.

In hac fide me fac mori
Tuæq; adiunge passionis odori
Sub tua cruce me fac stare
Atq; sub mortis hora ad te ambulare,
Ut ubi moriar & uiuam

Qui

Qui attulisti morti nostræ medicinam.

Grates ago CHRISTE chare
Vivam te possem semper amare?

Qui es præsens pie DEVS,

Fac quod petit tuus reus,

Vt à te non sciungatur

Qui multis peccatis grauatur.

Cum me mori sit necesse

Noli mihi, obsecro, deesse

In ultima mortis hora

Veni CHRISTE sine mora,

Tuere me & libera

Tua semper gratia.

Cum me hinc iubes emigrare

IESU chare tunc appare,

O amator amplectende

Temetipsum tunc ostende

Et nos ab hoste defende

Sic Stephano morienti

Adfuiisti facie præsentis:

Hoc mihi de te promitto

Et ex tuo uerbo constituo

IESU nostri miserere,

Et tui semper famuli recordare,

Vt in te per fidem configar,

Et nunquam confundar.

A M E N.

SEQVI.

SEQVITVR

ALIA MEDITATIO IN RITHMIS DE PASSIONE

Domini, á quodam deuoto Ho=
mine comprehensa.



Ecolamus sedulo qualiter im=
mundum,

Rex eterne glorie reparauit
mundum:

Passionis iugiter eius recor=
demur

Vt in regno pariter secum
colletemur.

Dominorum Dominus potens Rex cœlorum
Christus Dei filius, uita beatorum
Qualiter sit uenditus modico argento
Nunc homo medullitus, iugiter memento:

Vespertino tempore DEVS Angelorum,
Traditur per osculum turmis Iudeorum,
A cunctis deseritur salus peccatorum,
Annæ primò sistitur iudex seculorum.

Ducunt hunc ad Caypham manibus ligatum
Collum eius feriunt, facie uelatum
Et illusum conspuunt probris saturatum,
Sic Messiam respuunt illis destinatum.

HORA

Hora prima pertrahunt IESVM ad Pilatum,
Multis testimonijs falsis accusatum,
Seductorem asserunt lege condemnatum,
Alapis percutiunt CHRISTVM DEI natum.

IESVS hora tertia mori postulatur,
Tolle tolle dicitur, tolle clamatur,
Ad columnam nequitur, dire flagellatur,
Chlamide induitur, spinis coronatur.

Ad mortem impellitur, cruce enecatur,
Nudus configitur, malis sociatur,
Sitiens absinthio, felleq; potatur.

Hora nona DOMINVS cuncta consumavit,
Ioanni discipulo matrem commendavit,
Hely Hely clamitans, spiritum efflauit,
Lancea transfigitur, solem tenebrauit.

Mortem DEI filij cuncta recognoscunt,
Iudeorum proceres soli non cognoscunt
Sed eorum facinus petrae cohorrescunt,
Elementa omnia CHRISTO condolescunt.

De cruce deponitur hora uesterarum
A Ioseph senatore corpus CHRISTI charum
Mater hinc mæstissima uulnera plagarum
Osculando abluit fonte lachrymarum.

Tali morte DOMINVS mundum reparavit,
Patri nos filius sic reconciliauit,
Crucis suæ baculo diabolum prostravit,
Paradisi ianuam nobis reserauit.

C

Hora

*Hora completorij corpus à cruce deponitur
Vitæ medicina, alabastro inungitur,
Monumento tegitur uera lux diuina,
Ut saluaret homines mortis à ruina.*

*IESV nunc dulcissime da ut omnes gentes
Mortem amarissimam tuam recensentes,
Cordeq; promptissimo tibi condolentes,
In cœlorum culmine tecum sint gaudentes.*

**DE DOLORIBVS, CASI-
BVS, ET MISERIA DOMINI NO-
stri IESV Christi, pro nobis passi,
aliquot Rithmi.**



*IESV dulcis recordare
Quàm dolebas tunc amarè
Dum in Cedron sanguinem
(sudaisti
Hora qua captus fuisti
Ligatis retrò manibus.*

*Per hos tuos dolores
Corrige nostros mores
Fac me promptum & sincerum.
Ut amem semper uerum
Diebus ac noctibus.*

IESV

IESV dulcis salus mea

**Recordare in platea
Te tractum, destinatum
Ab Herode ad Pilatum
Cum alba spretum tunica.**

**Per hunc fili DEI despectum
Me dirige in rectum
Te adoro fili DEI
Miserere precor mei,
Et dignare me saluare
Quem dignatus es creare,
Nostra salus unica.**

**IESV dulcis lux sacrata
Recordare qua sis plaga
Verberatus & fatigatus,
Et quam malè tractatus
A Pilato crudeliter :**

**Per has iniurias
Aufer diaboli furias
A nobis, & disciplinam
Doce nos, medicinam
Presta nobis suaviter :**

**Quid de tua passione
Fili DEI Heros bone
IESV dulcis pie chare
Possum recitare ?
Cesus es miserabiliter**

Per

Per hos dolores & casus
Nos ab hoste inuafos
Et peccati fune cinctos,
Prauo usu dirè uinctos
Solue misericorditer.

I E S V dulcis fons amoris
Memor huius sis angoris,
Crucem ferens quam tulisti
Dum sub illa cecidisti
Exhaustus præ doloribus.

Per hunc casum tam durum
Fac me sub cruce securum,
Crucem post te baiulare
Et per te solum debellare
Peccata cum doemonibus.

I E S V dulcis recordare
Quàm potenter & amarè
Super crucem te iecerunt
Dum maligni conuenerunt
Te D E V M crucifigere.

Per casum hunc oro te Deus
Quem pertracto ego reus,
Noli queso me locare
Cum sinistris & damnare
Pœna mortis perpetuæ.

I E S V dulcis esto memor
Qualis erat iste tremor

Elencio

**Elevatus dum fuisti
Et opprobria sustinuisti
In cruce horribiliter.**

**Ob hos dolores atq; poenas
Quas tulisti tunc per uenas,
Per fusum simul & cruorem
Fac uider e me splendorem
Vultus tui perenniter.**

**Delusus a pessimis
Munda nos a grauissimis
Peccatorum poenis
Qui ad miseros uenis
Per formam humilimam.**

**O sublimis cœli dator
IESV potens triumphator
Quantum te eximiuisti,
Dum pro nobis hanc tulisti
Mortem crucis turpissimam:**

**Per has plagas & ruinas
A nobis aufer mortis spinas
Fac nos post hanc uitam uenire
Et cum angelis transire
Per portam clarissimam,
Ut uitam habeamus suauissimam. *Ec.***

✕ ✕
✕

C 3

ALII

**ALII RITHMI DE PRV
CTV PASSIONIS DOMINI
nostri IESV Christi.**



In passione Domini, in qua
datur salus homini,
Sit nostrum desiderium, &
cordis refrigerium:
Portemus in memoria poenas
& opprobria
Christi coronam spineam,
crucem, clauos & lanceam,

Et plagas sacratissimas omni laude dignissimas,
Acetum, fel, arundinem, & mortis amaritudinem:
Hæc omnia nos satient & dulciter inebrient,
Nos impleant uirtutibus & gloriosis fructibus:
O IESV pie Domine qui traditus es pro homine
In tuo passus corpore nos miseratus refoue,
Te crucifixum colimus & toto corde poscimus,
Ut nos sanctorum cœtibus iungas in cœlestibus:
Largitor & fons clementiæ, rorem effunde gratiæ
In cor meum pauidum, ut tibi fiat placidum.

Alij Rithmi de eadem.

DEI tractatur filius longè quàm latro uilius,
Irrisus fert ludibria gente uallatus impia,
Ut nos omnes redimeret, nobisq; uitam redderet,
Is sit in secula benedictus qui manet semper inuictus.

Alij

Alij Rithmi de eadem.



E DEI filium laudamus, qui
carnem induisti,
Qui lac uirginale homo factus
suxisti,
Qui secundum legem circum-
cisus fuisti,
Qui in Iordane baptizari uoluisti,
Qui mandata legis recte explicuisti,
Qui uitam exemplo perfectam ostendisti,
Qui uerba salutis mundo proposuisti,
Qui ut uerus homo tentari uoluisti,
Qui nostros defectus in tuo corpore tulisti,
Qui pro nobis mortem in cruce sustinuisti,
Qui latroni confitenti ianuam paradysi aperuisti,
Qui matrem Ioanni commisisti, etc.
Tibi supplicamus, pro quibus hæc passus fuisti
Nos uulnerum tuorum pretio serua a nece tristi.

Sequuntur alij Rithmi, de incarnatione, uita, passione & morte Christi.

Clausus alio egrediens uilibus pannis tegitur,
Et angelos reficiens matris ubere pascitur,

C 4

Quem

Quem angeli nunciârunt uigilibus pastoribus
Imò pacem reddiderunt rectis corde hominibus :
Christus qui legi nil debuit, uoluit legem adimplere,
Sic circumcisus docuit nos subijci oportere :
Qui á Magis honoratur mysticis cum muneribus,
Cum Deo patri offertur, matris cor scindit gladius :
Ægyptum petit seruandus, dum ab Herode queritur
A paruulis prædicandus, quorum cruor effunditur.
Ægyptum linquit remeans expleto iam septennio,
Quæ tristis mater queritans tandem reperit in templo
Agnus Dei carens sorde Iordanis ripa mergitur,
Sic inquinatus crimine per hunc abluitur :
Carnali cibo abstinens, ut uerus homo esurit,
Temptoremq; deuincens nos certantes roborauit :
Mundi principem uicturus, sibi adsciscit milites
Eumq; spoliaturus fortium struit acies :
Discurrendo fatigatur cunctis salutem prædicans
Sic pater glorificatur per ipsum mira operans :
Orationi incumbens multas agit uigilias,
Misellisq; compatiens persæpe fundit lachrymas :
Patris sui potentiam apertius ostensurus
Perrexit in Bethaniam, Lazarum suscitaturus,
Palmis suscipi uoluit, mox post hæc crucifigendus :
Qua in re suos docuit, quam fallax sit honos mundanus
Relinquendis discipulis corpus donauit in cibum
In potum undas sanguinis, charitatis argumentum,
Profundè se humilians discipulis pedes lauit,

Eosq;

Eosq; aulciter hortans scandalum passuros dixit :
 Grauedinem passionis ut uerus homo horruit
 Guttulas fundens sanguinis ter prece patrem pulsauit :
 Iudæ osculo traditus , latronis instar uincitur
 Sicq; dispersis ouibus pastor relictus ceditur,
 Agnus á lupis trahitur impetu rabidissimo
 Ad domum Annæ ducitur persequendus ludibrio :
 Impijs factus spretui quám turpissimè tractatur
 Annæ respondens præfuli dirissimè alapatur,
 A Caypha adiuratur per uiuentem in secula,
 Dignus morte proclamatur dum fatetur uerissimè :
 Cui facies uelatur in domuncula Cayphæ
 Sputis ut afficiatur, blasphemijs colaphisq;
 Per totam noctem illusus mane Pilato sistitur
 Mendaciter accusatus Herodi regi mittitur :
 Ab Herode illuditur dum nihil respondet rogatus
 Ad Pilatum reducitur albis uestibus irrisus.
 Qui ad columnam ligatus dirissimè flagellatur
 Atq; spinis coronatus ironicè salutatur :
 Viuere donans omnibus iniusta morte damnatur
 Propriæ crucis baiulus per Isaac figuratur :
 Ut latronum pessimus in medio suspenditur,
 Fit perditis spectaculo dum crucem portans trahitur,
 Pijis foeminis lamento, quas á fletu dehortatur
 Vestimentis spoliatus rursus totus uulneratur :
 Qui alios saluos fecit, en modò pendet damnatus,
 Sic blasphemus omnis inquit, latroq; perditissimus :

Affectus blasphemis nunquam remaledixit,
Sed rogans pro inimicis uim charitatis ostendit,
Heus quam dispar mutatio quamq; sermo durissimus,
Cum matrem donat discipulo, dicens, en tuus filius:
Paradyfi solatia latroni dat confitenti,
Patrem appellat in tortura, Helylamasabathani:
Felle aceto potatus sitiens, iam iam consummatum,
Quod promisit Prophetarum os, patri commendat


(spiritum

Dum pro impijs moritur, nostram mortem interemit,
Latus eius aperitur sanguis cum aqua effluit
Dum mortuus collocatur supra suae matris sinum
Dolor non estimatur qui cor scindit uirgineum:
Ex cruce abstractus nouo tumulo clauditur,
Diabolum spoliaturus ad inferos proficiscitur:
Victor gloriosissimus, tertia die resurgit,
Qua in re suis fidelibus resurgendi spem contulit,
Se uiuum suis praebuit plurima per argumenta,
Scripturae abdita pandit scansurus mox supra astra
Patris locatus dextrae, promissum spiritum misit,
Qui est Patronus Ecclesiae, nostrum se aduocatum

(ostendit

O IESU fac ut tua uulnera sint animae meae medicina

(cine



SEQUITVR

SEQVITVR DEVOTA

Salutatio ad Christum, pro nobis
in toto corpore, & in omni-
bus membris passum.

SALVE sanctissimum caput nostri saluatoris, pro
nobis spinis coronatum, & arundine percussum.

Salve pretiosissima facies Christi, pro nobis
conspuita, & alapis cesa,

Salvete benignissimi saluatoris oculi, pro nobis
lachrymis perfusi, & obuelati.

Salve sacratissimum guttur, & suavissimum os,
pro nobis felle & aceto potatum.

Salvete Christi aures nobilissimae, pro nobis
opprobrijs, & contumelijs non minus quam pugnis
afflictae.

Salve collum humile, pro nobis colaphisatum.

Salve dorsum sanctissimum pro nobis flagellatum.

Salvete venerabiles manus & brachia Christi,
pro nobis in cruce extensa.

Salve pectus mitissimum, pro nobis in passione
conturbatum.

Salve latus gloriosum, pro nobis lancea perfora-
tum.

Salvete Christi genua, pro nobis ad orationem
flexa.

Salvete pedes venerandi, pro nobis clavis confixi.

Ave

*Aue sanctissima anima CHRISTI, in manus
DEI patris in cruce commendata.*

*Salve CHRISTI meritum animæ meæ. pre-
tium, Tu sis mihi solatium in perpetuum.*

ORATIO.

*Per eam, qua patri tradidisti spiritum, commenda-
tionem, oro te Domine IESU Christe, ut com-
mendatam tibi semper habeas animam meam, corpus
meum, & omnes actus meos, imò amicos, benefacto-
res meos, & eos, pro quibus meritò orare debeo,
cum omnibus fidelibus, ut in nobis omnibus non pereat
vulnerum tuorum medicina: Conuerte inimicos me-
os, qui pro inimicis tuis orasti, & sis mihi propiti-
us, qui passus es pro me.*

**SEQVUNTUR ORATIONES
DEVOTAE, VEL MEDITATIONES**
*de passione Domini, ex diuersis Rosarijs atq; Orato-
rijs libellis excerptæ, additis quoq; ueterum
patrum aliquot meditationibus, de
usu passionis.*

O *Mea unica singularisq; fiducia piissime IESU
Christe bonitati tuæ, passionum tuarum me-
moriam represento, ut tu, qui es uinctus & tractus,
me*

me à peccatorum sordibus & uinculis perpetuis ab-
soluas, & tuo me spiritu ad omnia bona opera tra-
has.

Domine IESV, ueritas aeterna, tu uoluisti
mendacijs & calumnijs accusari, ut pro peccatis, quæ
contra octauum præceptum deliquimus, satisfaceres,
illumina nos spiritu ueritatis, ne mentiendo & ca-
lumniando unquam amplius peccemus.

Domine IESV Christe, cui oculi sunt ob-
ducti, & cuius aures audierunt uaria maledicta pro-
pter nostra crimina, quod oculis concupiscamus &
auribus uana audiamus, da nobis gratiam, ut auer-
tantur oculi mei, ne uideant uanitatem: sepi aures
meas spinis timoris tui, ne audire cupiant linguam
nequam.

Domine IESV Christe, qui es flagellatus
propter totius corporis nostri immunditiam, te obse-
cro per tuas flagellationes, libera me à flagellis pec-
catorum, & in tuis sana defectus corporis ac animæ
meæ uibicibus.

O spes & gloriatio mei cordis, piissime IESV
Christe, qui mortis sententiam sufferre uoluisti, suc-
curre mihi morti propter crimina adiudicato, in
hora mortis meæ, ut tunc tui patrocinijs & meriti
subsidio

Subsidio, ab inferno & diabolo liberer: Da ut per
tuam innocentissimam mortem, huius corporis mors
sit mihi somnus, ut in te mortuus uiuam semper,
Amen.

O Domine IESU Christe, qui nudatus cru-
ci es affixus, perforatis tuis sacratis manibus & pe-
dibus, ut ita quicquid rapiendo per meas manus de-
liqui, aut currendo per pedes commisi, expiares, &
ut me ueste salutari indueres, Da mihi obsecro, ut
manibus meis tibi & proximo inseruam, atq; fac
me pedibus currere in uia mandatorum tuorum, ne
declinem ab eis, tū quoq; salubriter ueste uera nu-
ptiali prodire propter tuum meritum, Amen.

O Misericordiae insatiabilis altitudo, IESU
bone, per tuam, te obsecro, amaritudinem horrificae
crucifixionis, dum in cruce es exaltatus, ne ego usq;
in infernum deicerer, Da ut per te ueram uiam salu-
tis, & ipsam scalam iacob mysticam, perueniam ad
caelum, ut ita tuo munitus patrocinio letus coram tuo
patre comparere possim, Amen.

O aeternae fili DEI te deprecor toto cordis
mei desiderio, qui extensus es pro me in cruce, ne me
perpetuis uexaret cruciatibus tortor ille infernalis,
Da mihi gratiam misericordiae tuae, ut in tuae pas-
sionis

sionis pretio respirem, & tui spiritus auxilio omnes omnium persecutiones & cruces fortiter sufferram in patientia & spe, Amen.

O Domine IESU Christe, qui nudus cruci appendi uoluisti, ut mea peccata tuo tegeres merito, meq; tua pretiosa obedientia tanquam ueste salutaris ornares, fac ut tua gratia & uirtute indutus semper possim coram tuo patre coelesti perstare, & tibi incorporatus sim DEI & Spiritus sancti templum & officina perpetua, Amen.

O Domine IESU Christe, qui maledictis omnium tibi insultantium in cruce patienter tulisti, ut me a maledictis legis liberares, Doce me, obsecro, maledicentiam malorum patienter perferre, & in mansuetudine mundi derisiones contemnere, ut in te letus persistam, Amen.

O Mediator fidelissime, Domine IHESU Christe, qui effuso proprio sanguine pacem nobis omnibus per tuum crucis suauissimum sacrificium a patre impetrasti, te obsecro, ut tua intercessionem paternas mihi aures aperire, & meis eas clamoribus aptare digneris: qui quoq; sitiens aceto potatus es, ut pro nostra satisfaceres gula & luxuria, Tu, inquam, qui siebas, salutem meam, doce me
ardenter

ardenter uoluntatem tuam facere, terrenarum quoque rerum sitim malitiosam in me prorsus extingue, et spiritualium donorum participem fieri.

O exemplar præclarissimum, et æternis temporibus celebrandum perfecti amoris, stabilis charitatis et perpetuæ bonitatis, clementissime Domine IESU Christe, qui tibi ipsi non pepercisti, sed pro nobis omnibus in te credentibus uitam et animam dedisti, pastor bone, qui quoque aceto potari uoluisti, ne ego infernales misérias degustarem, da quaeso, ut illud tuum amaritudinis poculum uirtute gratiæ et suauitatis tuæ omnium membrorum spiritui sancto repugnantium amaritudines et passiones dulcoret:

O Domine IESU Christe, qui patri spiritum tuum commendasti, da ut ita ego cum anima et corpore per tuam tibi passionem in agone huius uitæ commendatus sim et permaneam.

O Domine IESU Christe, tua passio sit mihi satisfactio, tua mors mihi uita, tua uulnera mihi medicina, tuus sanguis purgatio à peccatis, ut in te semper mundus inueniar, et tui spiritus gratia hoc tuum in me beneficium semper prædicem.

○

O suauissime Domine IESV Christe, qui mortem tuam innocentissimam pro mea nocentissima & immunda uita pijs aeterni tui patris conspectibus representando obtulisti, da ut in te uno uiuam & subsistam, qui in me inuenio nihil aliud nisi mortem & ruinam. Ideo ego amaram tuam mortem pio patris conspectui pro peccatis meis sufficientem satisfactionem constituo: atq; infinitum meritum tuum pro delictis & excessibus meis eidem sufficientissimum profero, & oro aeternum patrem per te, ut omnes meas operationes & actiones suae maiestati diuinae acceptabiles semper esse possint, Amen.

Amabilis IESV Christe, in tuis quaeso profundis uulneribus sit mihi solatium, in tua morte uita, in tuis flagellis refectio, in tuo contemptu gloria, & quemadmodum tu pro inimicis orare potuisti, da ut hostibus beneficiam, & tui meriti gratia nunq̄ excidam, Amen.

Tuae o crucifixa pro nobis sapientia Dei IESV Christe clementiae largitatem suppliciter interpello pro omnibus tuam deuote meditationem meditantibus, da ut his nunq̄ desit gratia pietatis tuae, qua nos semper suscepisti, da ut tuus amor in nobis accendat ignem gratiae, ut tuum sacrificium sit nobis refrigerium, tu qui es iustitiae fons, illumina corda & corpora nostra ad uitam aeternam, Amen.

D

SE

SEQVUNTUR SENTEN-
tia Patrum antiquorum de
Passione Domini.

CYPRIANVS in sermone de passione domini.



Considero opera tua, & admiror
te cruci inter damnatos affixum,
iam nec tristem, nec pauidum, sed
suppliciorum uictorem, eleuatis
manibus triumphantem de Ama-
lech, & quasi sanctificantem de
excelso plebem, & eleuatum in sublimi, & quasi coelo
proximum superioribus inferentem, consummati agens
uexillum, & inferioribus erexisse scalam in patris
occursum: tibi dolorum & conuictorum immemor sub-
tiliter inuestigas, & ipse exponis quare derelictus fu-
eris indicans anxietates istius querimonie, uerba esse
delictorum, quorum personam & causam assumpse-
ras, in tantum ut per Moysen & per Apostolum su-
stimeres uocari peccatum & maledictum pro simili-
tudine poenae, non culpae, quod pro eis uoluisti intelli-
gi, qui deserui a DEO propter peccata meruerant,
quorum reconciliationis agebas causam, in qua alle-
gator subtilis pro seruis seruilem non dedignaris ac-
cipere personam, & in tantum infirmis compateris, ut
nec crucifigi, nec mori, dum illi uiuant & te pa-
trocimente non pereant, nec erubescas, nec formides,
alii

altitudinem tuam derelinquens, ad tempus gloriae tuae
maiestatem euacuans, ut redeant dispersi, & respi-
rent derelicti: Haec est causa, quare derelictus sis,
ut colligeret & reuocaret manitio tua eos, qui fue-
rant derelicti, & qui sine DEO fuerant, dum domi-
naretur eis peccatum, reducti ad iustitiam, conformes
Christi, & Christi efficerentur Dij, unde scriptum
est, Ego dixi, Dij estis.

LEO primus, Papa, sermone primo de
passione Domini.

Omnis prorsus antiquitas colentium uerum
DEVM omnis numerus apud secula priora sancto-
rum sacra fide uixit & placuit, ut neq; Patriarchis,
neq; Prophetis, neq; cuiquam omnino sanctorum, nisi
in redemptione Domini nostri IESV Christi salus
& iustificatio fuerit.

Idem, sermone duodecimo
de passione.

Quamuis in conspectu Domini multorum sancto-
rum pretiosa fuerit mors, nullius tamen insontis oc-
cisio, propitiatio fuit mundi, Acceperunt iusti, non
dederunt coronas, & de fidelium fortitudine exem-
pla nata sunt patientiae, non dona iustitiae: Sin-
gulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec
alterius quisquam debitum suo funere soluit,

D 2

cum

cum inter filios hominum solus Dominus noster IESVS
Christus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mor-
tui, omnes sepulti, omnes etiam suscitati, de quib. ipse
dicebat: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meip-
sum.

IDEM ibidem

Vnus est mediator DEI & hominum, homo IESVS
Christus per communionem sui generis ad pa-
cem peruenit deitatis, liberum habens de eius potentia
gloriari, qui contra hostem superbum in carnis no-
stræ infirmitate congressus. ijs uictoriam suam tribuit,
in quorum corpore triumphauit.

Idem LEO, sermone 17. de passione Domini.

Qui uenerat mortem, & mortis autorem sua
passione destruere, quomodo peccatores saluos faceret
si persecutoribus repugnaret?

Idem sermone 19. de passione Domini.

Repugnat iniquitas iustitiæ, cecitas luci, men-
daciū ueritati, sed de seuitia obluētantium, de scele-
re crudelium obtinuit IESVS æternæ dispositionis
effectum, & ita humano generi sua morte consuluit, ut
sacramentum salutis etiam ipsis persecutoribus non
negaret: Qui uenerat uniuersis credentibus omnia
peccata dimittere, à generali indulgentia, nec iudai-
cum crimen uoluit excludere.

ATHANASIVS in sermone de passione
Domini & cruce.

Eorsan audiendo ista erubescit, forsā ita conspici-
endo

endo Dominum ludibrio haberi, duci & conuerberari,
afficitur pudore, submittit & deijcit oculos, intuens
Dominum & seruatorem regemq; omnium iudicari á
Pilato, crucifigi á iudeis, quum neq; ipse sol hoc spe=
ctaculum tulerit, sed totus obtenebratus sit, ut eadem
opera aliorum quoq; oculos auerteret negligens iam
præcepti de hominibus illuminandis, & tunc demum
præuaricari audens quum uideret Dominum suum, qui
hoc ei præceperat, ab hominibus excrucuari. Sed si
causam didicerimus cur ita excruciatu sit, desinemus
tandem erubescere admirantes potius bonitatem &
humanitatem Domini, gloriabimur & ipsi quemadmo=
dum & Paulus in cruce Domini nostri, eò quòd Do=
minus non suo sed nostro nomine patiebatur.

Idem in sermone eodem de passione.

Christus factus est pro nobis maledictio, atq; ita
humana carne amictus & circum indutus, per quæ,
quæ nostra erant, patri obtulit, ut ipse patiens homi=
nem patientem, illesum redderet, & parua magnis
pensaret. Descendit enim, ut nobis ascensum præpa=
raret: natiuitatem expertus est, ut nobis ingeniti pa=
tris amicitiam conciliaret, infirmatus est propter nos,
ut nos cum robore erigeremur, & diceremus cum Pau=
lo, Omnia possum in eo, qui me confortat I E S V
Christo, sumpsitq; corpus corruptibile, ut corrupti=
bile indueret incorruptionem, induit mortale, ut id
quod mortale erat, indueret immortalitatem: in summa

D 3

factus

factus est homo & mortuus est, ut nos qui homines moriebamur, deificaremur, neq; amplius pateremur regnum mortis: Apostolicus sermo prædicat, ideo eum crucifixum ut maledictionem redimeret, & nos benedictionem possideremus.

Idem ibidem.

Terra unda cruoris est imbuta, & sanguis effusione, maledictione, mendacio, furto, adulterio, execrabilis reddita, & in terra ob execrationem nascuntur spine, nunc fluit in terram sanguis Christi, ut rerum naturam purificaret: nunc gestat coronam spineam, ut pro spinis lignum vitæ largiretur utendum, & pro sanguine peccatorum & terram & omnes pro sanguine emundaret, atq; pro maledictione iam in reliquum incolas terræ benediceret, &c.

Macarion sic alibi dicit, Terra propter peccatum est maledicta, ut pro bonis fructibus spinas portaret, sed Christus gerit spineam coronam, ut nobis rosam benedictionis restituat.

ATHANASIVS in sermone de passionem Domini.

Cum festinatione ad locum vadit Christus, ubi eum ad crucem ascendere oportebat, ut Chyrographum nostrum, quod inimicus abstulerat, affigeret cruci, & spoliatus uestibus Principes & potestates cum fiducia eas traduceret & ostentui haberet in ligno triumphans de illis, exhiberetq; euulsum ex Dracone hominem & deinde

deinde proprio sanguine aspergeret, & mundificaret
terram. Id quum facturus esset exuebat uestimenta sua.
Decebat enim quum hominem introduceret in parady-
sum, exuere tunicas, quas Adam accepit, quando ex pa-
radyso eijceretur. Cùm enim ille peccasset, ac deinde
moriturus esset, accepit pelliceas tunicas ex mortici-
nis animalium factas, insigne notamq; mortalitatis ob
peccatum sibi inflicta. Cæterum Dominus I E S U S
omnia nostra propter nos recipiens induit ea, ut rur-
sum exueret & pro istis nos uestiret uita & immor-
talitate.

Athanasius ibidem.

Christus humi non est mortuus, sed in aërem ascen-
dit per crucem, ibi quoq; serpentem persequens, ut eti-
am inde principem potestatis aëris deturbaret, & spi-
ritualia nequitiæ deijceret, ac ne sic quidem terram im-
medicatam relinquens. Nam cùm ita penderet in cruce
& aërem purgauit manuum expansione, & terram re-
demit sanguine, laterisq; sui cruore abluit.

Idem ibidem.

Blasphemant Dominum, ut de cruce descenderet.
Poterat quidem de cruce descendere, qui alios excita-
uerat de morte, sed descensus ille specimen prætulisset
fugientis mortem: contra uerò permanere in cruce ni-
hil aliud est, quam documentum, eum qui in cruce
manebat uitam esse.

Et mox: Neque descendendo de cruce
uoluit

uoluit filius DEI agnosci, sed ex eo, quod in cruce maneret. Multò enim magis mors saluatoris & fides & salutem hominibus attulit, quàm descensus de cruce attulisset. Certè pendente in cruce Domino, monumenta aperiebantur, & qui ibi sepulti iacebant, uiuificabantur, & suspensus latro credebat, ut ostenderetur reuerà saluator esse, & dum moritur fidem fecundare.

Et mox : Potatio fellis mysticè intellecta amaritiam iræ ex præuaricatione legis obortam, in qua omnes detinebat, denotat, quia ea porrigebatur Domino, quam ille accipiens absumpsit, & euacuauit, ut pro aceto uinum quod miscuit sapientia, nobis potandum daret, & pro felle dulciora melle & fauo eloquia sua nobis largiretur, & pro eo, quod nostra gustasset diceret uicissim, Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus.

Idem ibidem.

Simul ut ille moriebatur, rerum natura suo sole destituta fuit, uelumq; templi scissum est, terra quasi petra disrupta, milites cum ianitoribus inferni metu exhorruerunt: ex quibus uidere erat eum non hominem sed DEVM reuerà in corpore humano esse. Itaq; in omnibus rebus deprehensum est Dominum IESVM non imbecillitate naturæ mortuum esse, sed quod mortem ad cædem necemq; persecutus sit, ut ea abolita omnes liberaret quotquot metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti.

Oratio

Oratio Athanasij ex eodem sermone de
passione Domini, & eius cruce.

Beata & uiuifica crux saluatoris, quæ de morte triumphasti, & eum qui mortem in sua potestate habebat, diabolum sustulisti: O diuine sermo, & reuera sapientia patris, tu uersuti illius (diaboli) faciem aperuisti, & sinus plicasq; pectoris illius denudasti, ut & nos dicamus, Non enim illius cogitationes ignoramus, mortalium amator, & bone Domine: Tu nos captiuos redemisti, & seruiens peccato tua propria morte liberasti. Scimus quod a peccato liberati sumus, o pacificator fili DEI: Tu nobis filiorum adoptionem reddidisti, & ubi nos tuo patri reconciliaueras, inimicitiam in carne aboleuisti. O opulente saluator, & reuera Rex, tu pauper fuisti, ut nos tua paupertate ditesceres: tu nobis regnum cælorum largitus es, o creator & conditor omnium uerbum patris: tu nos denuo reformasti, tuæq; nunc creature, sumus conditi ad bona opera, lumen reuera & iubar patris: tu enim nos in tenebris illuminasti, & non uidentes in lucem produxisti: o forma & imago DEI patris, tu nos perditos formasti, & imaginem DEI nobis restituiisti DEVS ipse, uerbum & uita: tu nos mortuos uiuificasti, & corruptos renouasti, induens nos immortalitate: uirtus reuera, & brachium, & dextera patris: tu dolores mortis soluisti, ianuas æreas & ferreos uectes confregisti, ut scriptura dicit:



Tu serpentem diabolum hamo , escaq; humane carnis
circumegisti per crucis trophæum : tuo ductu diuinoq;
auspicio omnes eum conculcant, omnes ei illudant : te
enim primum in illum insultante, initium creaturæ in-
cepit esse conditæ ad hoc, ut illi insultaret : te illum
prosternente omnibus oborta est admiratio, ut in hæc
uerba prorumperent, Quomodo de cælo cecidisti Lu-
cifer? &c. Te quoq; Ô I E S V capiente ab illo chy-
rographum affigenteq; illud cruci omnes in illum con-
uitia iactant, dicentes, Quomodo nunc requiescit, quo-
modo, inquam, requiescit exactor, & in otium datus
est accelerator? Contriuit D E V S iugum peccato-
rum : iam posthac illi substernitur putredo & uermis
efficitur eius operimentum, nec est ut quisq; ulterius
draconem metuat, sed te & per te patrem adoramus.
Ad istum modum D E V S ubi primum resurrexerat a
morti insultauit, & nos ab ea liberauit, &c.

DE PASSIONE DO-
MINI CANTICVM
Ecclesiæ.

Vexilla regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium,
Quo carne, carnis conditor
Sensus est patibulo.
Confixa clavis uiscera

Tendens

Tendens manus uestigia

Redemptionis gratia

Hic immolatur hostia

Qui uulneratus insuper

Mucrone diro lanceæ,

Vt nos lauaret crimine

Manavit unda & sanguine.

Impleta sunt quæ concinuit

David fideli carmine

Dicendo nationibus

Regnabit à ligno DEVS.

Arbor decora & fulgida.

Ornata Regis purpura

Electa digno stipite

Tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachijs

Pretium pependit seculi

Statera facta est corporis.

Prædam tulli; tartari.

Aroma fundis cortice

Vincis saporem nectaris,

lucunda fructu fertili

Plaudis triumpho nobili.

Salve ara, salve uictima

De passionis gloria,

Qua uita mortem pertulit

Et morte uitam reddidit.

DE

DE PASSIONE CHRIS-
TI D. GREGORII.

REX CHRISTE factor omnium,
Redemptor & credentium,
Placare uotis supplicum
Te laudibus colentium:
 Cuius benigna gratia
Cuius per alma uulnera
Virtute soluit ardua
Primi parentis uincula.
 Qui es creator syderum
Tegmen subisti carneum,
Dignatus hanc uilissimam
Pati doloris formulam.
 Ligatus es ut solueres
Mundi ruentis complices
Per probra tergens crimina
Quæ mundus auxit plurima.
 Cruci redemptor figeris
Terram sed omnem concutis,
Tradis potentem spiritum,
Nigrescit atq; seculum.
 Mox in paternæ gloriæ
Victor resplendens culmine
Cum spiritus munimine
Defende nos rex optime.

DE

DE CRUCE DOMINI
CANTICVM ECCLESIAE.

P Ange lingua gloriosi praelium certaminis
Et super crucis trophæo dic triumphum nobilem
Qualiter redemptor orbis immolatus uicerit.
De parentis protoplasti fraude factor condolens
Quando proximi noxialis morte morfu corruit,
Ipse lignum tunc notauit, damna ligni ut solueret.
Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat
Multiformis proditoris ars ut artem falleret.
Et medelam ferat inde, hostis unde laferat.
Quando uenit ergo sacri plenitudo temporis
Missus est ab arce patris natus orbis conditor
Atq; uentre uirginali carne factus prodiit:
Vagit infans inter arcta conditus præsepia,
Membra pannis inuoluta uirgo mater alligat,
Et pedes manusq; crura, stricta cingit fascia.
Lustra sex qui iam peracta tempus implens corporis
Se uolente, natus ad hoc passioni deditus
Agnus in crucis leuatur immolandus stipite.
Hic acetum, fel, arundo, stupa, clauis, lancea,
Mite corpus perforatur, sanguis unda profluit
Terra, pontus, astra, mundus quo lauantur flumine.
Cruis fidelis inter omnes arbor una nobilis
Nulla talem sylua profert fronde, flore, germine:
Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus susines.
Electe

Flecte ramos arbor alta, tensa laxa uiscera,
Et rigor lentescat ille, quem dedit natiuitas,
Vt superni membra regis mite tendas stipite.
Sola digna tu fuisti ferre pretium seculi,
Atq; portum præparare nauta mundo naufrago,
Quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore.

De eadem, cantio Ecclesiæ.

CRux benedicta nitet, Dominus qua carne pe-
pendit,
Atq; cruore suo uulnera nostra lauat,
Mitis amore pio pro nobis uictima factus,
Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oues.
Transfixus palmis ubi mundum à clade redemit,
Atq; suo clausit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit, clauis confixa cruentis
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, ô dulce & nobile lignum
Quando tuis ramis tam bona poma geris,
Cuius odore nouo defuncta cadauera surgunt,
Et redeunt uitæ qui caruere die.
Tu plantata micæ, secus est ubi cursus aquarum,
Spargis & ornatas flore recente comas.
Appensa est uitis inter tua brachia, de qua
Dulcia sanguineo uina rubore fluunt.

DB

De eadem.

Virtus celsa crucis totum rectè occupat orbem,
Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert.
Quodq; ferus serpens infecit felle ueneni
Sanguis in hac Christi dulce liquore lauat.
Quæq; lupi fuerant raptoris præda ferocis,
In cruce restituit uirginis agnus ouis.
Tensus in his ramis cum plantis brachia, pendens
Ecclesiam stabilem pendulus ipse cruce.
Hoc pius in ligno reparans deperdita pridem
Quod uetiti ligni poma tulere boni.

FINIS.



M. D. LXXI.

153538


AB: 153.531


ULB Halle

3

004 829 395







SENTENTI

OSI ET ELEGANTES A,

LIQVOT VERSVS RITHMATICI,

*ex diuersis ueterum patrum meditationibus col-
lecti, de usu, fructu, historia, & myste-
rijs passionis & meriti Domini no-
stri IESV Christi.*

PER HERMANNVM HAMEL
mannum Licentiatum.

ADIECTAE SVNT ALI,

QVOT PIAE PRECATIONES VEL

*Meditationes, de eadem passione, uulneribus &
Cruce Domini nostri IHESV
CHRISTI.*

AB EODEM EX DIVERSIS RO-

*sarijs & Oratorijs libellis excerptae & conscri-
ptae, una cum aliquot sententijs patrum, de
usu passionis Christi.*

*Nobili ornatissimo consulessumo
& eximio uero suo Henrico a
HENRICOPOLI*

M. D. LXXI.

*Libro consilioris proprio Illust.
Ab. Duns D. e. 2. D. D. July*